



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

161. De clausula dispensationum in Ordine ad diligentem Oratoris
examinationem. Et pro praxi supradictæ difficultatis aliqua alia
annotantur, & explanantur. Ex p. 8. tr. 3. res. 108.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

§. **Terio**: Confessor in hoc casu adimplevit omnia requisita ex parte sua pro legitime, & canonice administranda autoritate sibi in diplomate demandata, vt presupponitur. Ergo ex parte sua validè concedit dilationem, commutationem, dispensationem, &c. Poenitens autem per sacrificia confessionem non redditur incapax recipiendi ea beneficia, quae de sui natura esse possunt sine sacramentali confessione, immo cum sacrificia confessione: ergo validè recipit huiusmodi dilationes, commutations, &c. Hucusque Leone; qui alias adducit rationes, & responderet ad contraria.

7. Et ita etiam hanc opinionem ex Suarez tenet Escobar in *Theolog. moral. lib. 1. exam. 16. cap. 4. num. 124.* optimè limitans si defectus confessionis non oriatur ex defectu integritatis circa tempore qua petitur dispensatio.

RESOL. CLX.

De clausula dispensationum propter periculum incontinentia. Ex p. 8. tr. 3. Ref. 107.

§. 1. Circa causam dispensandi allegatam, videlicet, Timorem incontinentiae; respondeo cum Portel in *dubius Regul. verb. Confessor aperiens litteras Papa, num. 6.* quod non sufficiunt quacunque tentationes carnis, nec quodcumque periculum lapsus in illas, nec timor vniuers, vel alterius lapsus, sed requiritur maximum periculum frequentis lapsus, ita ut ea persona dici queat vivere incontinenter. Hoc patet ex verbis clausulae, ibi, *Contineat vivere posse non sperat*; quae sonant habitum vivendi incontinenter: & consequenter periculum vniuers, vel alterius lapsus non est iusta causa in hoc dispensandi. Sufficit tamen ad dispensandum si hoc grande periculum frequentis lapsus proueniat, vel ex fragilitate complexionis; vel ex prauo habitu acquisito.

2. Et ideo *Salas de legibus, disputat. 20. sect. 10. §. 3. num. 97.* sic ait: In dispensationibus voti castitatis, vel religionis pro fato conscientiae adhiberi pro causa solet timor incontinentiae propter stimulos carnis, quos quis patitur, & tentationes occurrentes. Tunc autem neque sufficit quaevis tetatio, nec quodcumque periculum, sed magnum, siue oriatur ex praua inclinatione, aut complexione naturali, siue ex prauo habitu. Ita ille, cui adde *Filliicum tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 353.*

RESOL. CLXI.

De clausula dispensationum in ordine ad diligenter oratoris examinationem.
Et pro praxi supradicta difficultatis aliqua alia annotantur, & explanantur. Ex part. 8. tractat. 3. Ref. 108.

Sup. hoc su- §. 1. Circa hanc clausulam Perez de matrimonio, pra Ref. 157. §. 10. recitat. ter paulo post initium, 3. lin. 8. verf. circa secundam, *C*ircus hanc clausulam Perez de matrimonio, *disputat. 48. sect. 5. num. 9. obseruat*, quod diligens examen præmittit debet, non recepisti testibus, sed ipso solo cum quo dispensatur est, examinato. Cum enim haec dispensandi facultas committitur in solo secrectissimo conscientiae fato, illius fodi leges aptari debent, quae sunt, ut confessioni poenitentis integra fides habeatur. Vnde nec iutamentum de veritate dicenda petendum est, tametsi contrarium dicat Basilius Pontius *lib. 8. cap. 21. n. 16.* Et quamvis in hoc assimiletur ista examinatio absolutioni sacramentali, sed non in omnibus. Nam in sacramentali absolutione est omnino iudicium fereendum iuxta poenitentis confessionem. At in eiusmodi dispensatione, si Confessor sciat aliunde,

quam ex confessionis Sacramento preces allegatas in ea dispensatione esse falsas, aut tacitam vetitatem esse necessariò explicandam, non debet dispensare, quamvis poenitens eas veras afferat. Addo cùm examen hoc assignetur pro forma executionis, adeò necessarium videatur ut eo non præmisso, quamvis causa veritas subsisteret, nulla est dispensatio, vt bene Sanchez *disputat. 34. citat. num. 26.* & Basilius Pontius *num. 16.* Ratio est; quia si expressa in litteris huic conditionis, alio modo, quam iure inest, & idem inducit formam. Iure enim tantum inest, si processus veritate nitantur; at in nostro casu additur, si per diligentem examinationem inuenientur sic esse, seu processus veritate nitit. Ergo, &c.

2. Et haec omnia maximè contra Pontium, quod non sit exigendum iuramentum, tenet Lezana in *summa tom. 4. verb. littera Apostolica, num. 23.* & Portel in *dubius Regul. verb. Confessor aperiens litteras Papa, num. 7.* vbi sic ait. Teneat Confessor examinare diligenter itam cauam in secreto abique testibus. Neque tenetur a poenitente exigere iuramentum, quia ad conscientia forum id non permititur, sed debet in Deo obtestari, ut vera loquatur; quod si Confessor per aliam viam nouerit poenitentem falsum dicere, non poterit dispensare. Vnde intelliges quod quando in *Concil. Trident. ses. 22. cap. 5. de Reformat.* dicitur, dispensationes Pontificias non valere, nisi prætentur Ordinatio illius, qui impetravit, id intelligi de dispensationibus fodi externi, non vero de his, quae sunt fodi interni. Si vero Confessor sit dispensatus id iam nouit antea ex confessione sacramentali, non indiget nouo examine. Si autem Confessor neque examinet, neque conscius alii sit de illa iusta causa; & re vera à parte rei est iusta causa, quam ille neque seit, neque examinat, & tamen dispensat: dispensatio nulla est, quia non seruauit formam substantialem præscriptam pro actu illo faciendo. Ita ille, cui adde *Salas de legibus, disputat. 20. sect. 10. §. 3. num. 97.* & Guttierrez in *qq. Can. lib. 2. cap. 15. num. 112.*

2. Nota tamen, quod in ordine ad monita, & consilia danda poenitenti antequam Confessor dispenset, debet Confessor monere, ut veritatem integrum, & fidei declarat, quia illa negata dispensatio non valebit. Attamen si Confessor talia consilia, & monita omitat, seruando reliqua, dispensatio valida erit.

RESOL. CLXII.

De clausula dispensationum in ordine ad confessores, & alias poenitentias inungendas.
Et adducuntur diversi casus contingentes in praxi pro adimplendis supradictis poenitentias. Ex p. 8. tr. 3. Ref. 109.

§. 1. **A** d hæc elucidanda, sic responderet Portel *sup. hoc in dubius Regul. verb. Confessor aperiens pra. in Reg. litteras Papa, num. 10.* Circa poenitentias inungendas taxatas in prædictis litteris de Confessione facienda singulis, mensibus, &c. Nota primo tenet *ver. 167. 3. tertium.* citerior. Confessorem inungere aliquas confessiones statim temporibus faciendas, & aliqua poenitentia opera perpetua, quorum aliqua sit quotidie exercenda. Id enim clarè inuitat in dictis litteris. Secundò co non obstat, & committitur arbitrio Confessoris quantitas aliorum operum poenitentia, & pietatis, præter illa, quæ quotidie facienda iubetur imponere. Terio, circa confessionem singulis mensibus inungendam, relinquitur arbitrio Confessoris, ut possit esse similis: attento statu poenitentis occupati, distracti & similiter